



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

**Speciano, Cesare**

**Brixiae, 1603**

Tit. IIII. De Commentariensi, Et Custodia Reorum, & Carcere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10553**

Mulctæ laicis irrogatæ qualiter distribuendæ. Cap. III.

**M**ultas, quæ ob delicta ecclesiastica, vel mixti fori, laicis à iudicibus ecclesiasticis irrogabuntur ad modum diuidi volumus; Ut tertia parte p[ro]p[ri]is locis, aut operibus, eadem qua supra diximus conditione additæ, tertia ad Fiscum principum secularium pertineat, reliquu[m] accusatori detur.

## DE COMMENTARIENSI, ET Custodia Reorum, & Carcere. Tit. IIII.

Taxa ab executoribus, carcerum custodibus, & ministris seruanda, nec indirectè violanda. Cap. I.



RAESCRIBTA vel prescribenda taxa executoribus vel ministris, & carceris custodibus seruetur, ut ab ijs, qui capti, & in carcere inclusi sunt pro comprehensione, & carceris commoratore, & viatu, id tantummodo exigatur, quod aquitas & ciborum pretium postulet; si qui carceretentur, sibi, que ad viatum pertinent, ab alijs, quam à custodibus, & ministris carceris suppeditari voluerint, id eis facere liceat; neque propterea asperius tractentur, aut in deteriora loca compellantur.

Incarceratorum bona qualiter in tuto reponenda.

Cap. I I.

**M**audet præterea Vicarius Episcopi, ut quamcumque pecuniam, vestes, arma, alias veres secum habeant ij, qui in carcere includuntur, tuto loro collocentur, & asseruentur; qui locus duabus claudatur clavis, quarum altera apud ianitorem carceris sit, altera apud procuratorem deputanda est.

Incarceratorum bona qualiter non occupanda sed restituenda.

Item eorum visitatio fienda. Cap. I I I.

**E**x illis autem rebus, quæcumque, & quotcumque sint, nihil vel ianitori, vel executori, vel ceteris ministris attingere licet; sed eis, si inde exierint, vel eorum heredibus, vel illis, quibus a iudice attributæ fuerint integræ, & intactæ asseruentur.

Qui contra fecerit Episcopus per certos homines ab eo diligendos, semel in hebdomada visitandos eos, qui in carcere tenentur; qui si illos indignius & acerbius tractare compererint, referant ad Episcopum, vel Vicarium eius generalem, qui pro sua prudentia, ac pietate, n[on] quid iniquius fiat, omnino prouideat.

De-

Defensor miserabilium personarum designandus.

Cap. IIII.

**D**esignet Episcopus semper aliquos, qui miserabilium personarum causas gratis defendat.

Magnopere autem hortamur laicos magistratus, ut eiusmodi in re eadem ratione vitantur.

Episcopus etiam qualiter incarceratos uisitetur, & quæ salutaria illis curet. Cap. V.

**E**piscopus non solum per certos homines, ut primum à nobis constitutum est, sed etiam ipse aliquando in anno carcerem uisitetur: in eoq; inclusos paterna charitate consoletur, pieq; in Domino adhortetur.

Videat item, ut eis ad corporis sustentationem, & ad iustum patrocinium non deficit quicquam; tum in primis non libri spiritualis lectio, non crebre religiosorum hominum cobortationes, tum ne denique aliquid ad animæ salutem.

Curet etiam, ut qui in liberiori custodia sunt, præsertim si plures sunt, festis saltem, & Dominicis diebus Missæ sacrum audiant, aliquo, ubi fieri potest, ex ædificato propè carcerem facello, tum doctrinæ Christianæ rudimentis instituantur.

Idq; officium ijs præsertim prestetur, qui in laicalis fori liberiori carcere sunt, qui ruiti esse solent.

Utrumque in Pascha confessi, sacram Eucharistiam pie, & salutariter sumant. Quod ut die Natali Domini, & alijs anniversarijs redemptionis nostræ solennitatibus, indicatisq; publicè Iubileis, ac Indulgencij, faciant, eosdem cobortetur.

Qui etiam incarceratorum protector delendum sit, & quæ præstabit. Cap. VI.

**S**IT etiam fori Episcopalis carceris protector unus è canonicis Ecclesia Cathedralis, vel alius Ecclesiastici ordinis vir, cuius officium erit exquirere diligenter, ac simul curare, ut aduocatus, procuratorve pauperum, satellites, & custodes carceris muneri suo nè in aliquare desint, ne ve quicquam committant, quod ijs, qui in custodia sunt, fraudi, damnove esse possit.

Inuestiget præterea solito, diligentiq; studio, quæ illorum cura adhibetur, cum in primis ad animæ salutem, tum etiam ad corporis sustentationem; & quæ uero de toto eo genere iam causa sunt; an præstentur quam rectissime: & quid denique officij erga ipsos singuli ij præstent, quibus commissum est.

Causas

Causas definiri detentorum qualiter procuret, & eos visitet.  
Cap. V I I.

**C**AUSA item eorumdem, & quam celerrime fieri potest, recte cum & quitatissimis ratione congruerter definitur, etiam atque etiam studiose videat, ac procuret.

Singulis hebdomadis sepe, uel minimum bis unumquemque, qui in carcere est, inuisat. At si qui sunt, qui arctiori, secretiori custodia inclusi tenentur, eos item visitatum eat: sed hoc omne officium, Vicario consentiente, eodemque presente, aut procuratore Fisci Episcopalis, aliore, quem idem Vicarius maluerit; si ita magis expedire censuerit, ipse praestet, nec uero alias.

A custodibus carcerum, quae percunctetur, & alia incareratis praestabit. Cap. VIII.

**C**arceris item custodes sapienter hebdomadam adhibeat, quibus cum agat, quaecunq; non solum ad mores corrigendos, sed ad uitam sustentandam, necessitatesque, sublevandas eorum pertinent, qui in vinculis custodiae sunt; Ac proinde libenter, benigneque, audiat, quae quotidie sibi eodem ab illis exponentur: & quibus opus esse uiderit, ut consulatur, ac prouideatur; in ijs omnis curae, solicitudinisque, partes, ut oportebit, quam diligenter praestet.

Deprauatis incareratorum moribus qualiter occurrat.

Cap. I X.

**S**I porro, uel uniuersos, uel singulos, qui in carcere sunt, ita se male gerere perspexerit, ut correctione, monitione ve opus habeant ad morum disciplinam, eos prout opportunitas tulerit, & monere, & bortari, & obiurgare, & corriperne desistat. Si uero aliquis muneri suo deesse, aut in eo peccare animaduenterit, cum illos sui officij, atque adeo errati moneat in primis; tum si opus erit, ob eam causam Episcopum, aut Vicarium generalem audeat, cuius auctoritate malorum pertinacia occurratur.

## D E I V R E F I S C I . Tit. V.

Fiscales, qualiter crimina inquirant, calumnias repellant, innocentiam tueantur, & extorsiones reprimant. Cap. I.

**A**M curam, atque adeo cogitationem procurator, aduocatusve Fisci Episcopalis suscipiat, ut sibi putet procurationis munus commissum esse in inquirenda ueritate criminis de quo agitur; ideo ne eo unquam abutatur ad innocentibus opprimendos, neve item causam, aut occasionem prebeat ut calumnijs quis uexetur, atque exagitetur.

Ne